Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tritum cum es. Simile uitaq;
crescere usq; ad messem. Et in
tempore messis dicam messori
bus. Colligite primu zizam
et alligate ea in fasciculos ad cõ
burendum. triticum autem cõ
gregate in horreum meum. Ali
am quoq; parabolam posuit eis
dicens. Simile est regnum ce
lorum grano sinapis. quod acci
piens homo seminauit in agro
suo. quod minimum est omnib;
seminibus. Cum aut creuerit
maius est omnib; oleribus. et
fit arbor ita ut uolucres celi ue
niant. et habitent in ramis eius.
Aliam parabolam locutus est eis
dicens. Simile est regnum ce
lorum fermento quod acceptum
mulier abscondit in farine sa
tis tribus donec fermentatum
est totum. Hec omnia locutus
est ihesus in parabolis ad turbas
et sine parabolis non loquebatur
eis. ut adimpleretur quod dic
tum est p prophetam dicentem
aperiam in parabolis os meum.
eructabo abscondita a constitutio
one mundi. Tunc dimisit ihe
sus turbas. et uenit in domum
suam. et accesserunt ad eum
discipuli eius dicentes. Edisse
nobis parabolam zizanorum
agri. Qui respondens ait eis. Qui
seminat bonum semen. ipse est
filius hominis. ager autem est
mundus. Bonum uero semen
hi sunt filii regni. zizania aut
sunt filii nequam. Inimicus
autem qui seminauit ea est di
abolus. messis uero est consum
matio seculi. Messores autem
sunt angeli. Sicut ergo colli
guntur zizania. et igni combur
untur. sic erit in consumatione
seculi. Mittet filius hominis
angelos suos. et collegent de reg
no eius omnia scandala. et eos
qui faciunt iniquitatem. et mi
cent eos in caminum ignis. Ibi
erit fletus. et stridor dentium. Et
tunc iusti fulgebunt sicut sol
in regno patris eorum. Qui
habet aures audiendi audiat.
Simile est regnum celorum the
sauro abscondito in agro quem
qui inuenit homo abscondit
et pregaudio illius uadit et
uendit uniuersa que habet. et em
it agrum illum. Iterum simile
est regnum celorum homini ne
gociatori querenti bonas mar
garitas. Inuenta aut una pre
ciosa margarita abiit. et uendi
dit omnia que habuit. et emit
agrum illum eam. Iterum si
mile est regnum celorum sage
ne missi in mare. et ex omni ge
nere piscium congreganti. Qui
cum impleta essent educen
tes. et secus litus sedentes elege
runt bonos in uasa sua. malos
aut foras miserunt. Sic erit
in consumatione seculi. Exibunt
angeli. et separabunt malos de
medio iustorum. et mittent eos

202